



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Amor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

quirenda cibos sibi ex papavere confecisse tradant, quasi per somnium ea fuerit investiganda; que A
micra sunt nigra.

V E N U S. CAP. XVII.

Veneru sua

A pud Sicyonios Venus, ut author est Pausanias, cum papavere in altera ex manibus contenta figurabatur, quod dubio procul ad seminii copiam referendum est. Nam quantum ad amorem pertinet, in altera inana malum habebatur, quo de commentario suo dictum. Erat vero ejus Decretiva auro eboreque fabricata, in summo cuius vertice poculum insidebat, quod hieroglyphicum eo spectat, quod Maritum Graeci, vel dicere velimus Amatorem, potionis nomine nuncupabant; vix enim utriusque nomen, & πῶς Platoniamor.

A M O R. CAP. XVIII.

Sorilegi- um amoris

Nimirum autem papaver florens amoris indicium habetur apud sortilegos, ejus quidem folium qui amoris periculum facere volunt, pugno superponant, alteraque passa manu illud albidentes, ex crepitu conjiciunt quod querebant. Explorant enim an amantes redamantur; nam quo clamor insonuerit, eo se magis amari putant; quod si sonus oblanguerit, contemptui se habitos arbitrantur; cuius reitum eo loco meminit Theocritus:

ὅτι τὸ τριχίδιον ποτὶ μαζάριον· πικρὰ γογγύσσει,
ἀλλ' ἀντὶ κινῆσθαι ποτὶ πύξι θάρσος ἔσται.

quod uno dici potest verlu:

Nec supercussio crepuere papavera pugno.

Humani vero generis hieroglyphicum praese ferre videtur, non ex iis tantum quae superius de granorum dissepimentis dicta sunt, sed eo etiam constat, quod compitalibus, quae in compitis Lararum, sive Larundarum, vel Maniarum matri fiebant, humana capita sacrificabantur. Sed Junius Brutus Consul sacrificii genus abominabile & abhorrendum, suppositis puerorum loco alii papaverisq; capitibus, celebrandum instituit.

C A P I T A. CAP. XX.

Capita papaverum detrahere. Plin lib. 19 cap. 8. lib. 1.

Est enim illud haud obscurum papaveris significatum, ut omnino capitis hieroglyphicum habetur, adeo nullus olerum fetus insigniore capitis honore conspicuus est; forte valior fructus cinerariae, sed aut spinarum, aut integumentorum, quibus confertim circumvallatur, asperitate horridior, cum papaveris & lavore delicatus, & Regia coronare dimitus, in jestatem quandam praeseferat. Jam & apud interpretes Theocriti μάκρον λίγρον ἢ κισθαλί. Sed mihi videtur locus, potius ex historia desumptus, ubi Tarquinius cognomento Superbus, per hortum inambulans, nullo responso dato ei nuncio quem Sextus ejus filius, quid sibi agendum in Gabios esset sciscitatum miserat, tantum baculo eminentiora papaverum capita decutiebat. Ex quo Sextus intellexit, proceres populi paulatim summoventos. Sed hoc vetus fuit Corinthiorum exemplum, a quibus oriundi Tarquinius. Siquidem ferunt Periandrum, qui Corinthi tyrannidem exercuit, cum perfidum nuncium Thrasymbulum Milesium consulisset, quanam arte quave vi sibi principatum stabilire posset, nullum ab eo responsum accepisse; vidisse enim se tantum nuncium memorabat, eum in campum tridecem segetes ingressum, eminentiores spicas baculo decussisse, atque ita Periandrum in arduum, capitibus civitatis caede & exilio sublatis, tyrannidem occupasse.

D E V E R B E N A. CAP. XXI.

Capitis quod in papavere, est significatum, verbenae reminisci facit, in qua de capite idem in non incuriosa & nunc est, & olim fuit investigatio.

CAPITA